

Cyriaco Lentulo  
Illustrissimi, Nassovici  
Principis Bellici  
Commentariis, et Historia  
Romana, publicique  
Juris Professori  
Herbornae Nassov.

Non distuli, viri Amplissime ac doctissime. Celeberrime  
Amalvae Principis Pupilli Avia, verbis tuis testari;  
quam insigni opera domum et Nassavianam et  
Aurivacam institueris demereri. Neque illa gratum  
et acceptum modo sibi id laboris fore professas est  
verum et annixuram sese cum ceteris, ut illustrem  
velam ubi per te aueris, quibus par est, animi non  
ingrati testimonio excipiantur. Ejus rei simul  
nunc indicium facio Illustrissimo Principi, Ludovico  
Henrico, qui datus ad me literis clementissimis, in  
recedere dignatus est, ut si quid verum penes me  
laperet, quo ad Historiam illustrandam adjuvari  
posses, de mea scilicet non quantum opinatur  
locuplete penur in Symbolam conferretur. Exposui  
proinde uti sese hic res habet, et ingenue rescripsi,  
nihil adeo ad suam esse, quod subministrari  
valeat. Nisi volumen quoddam auro contra non  
carum, quod inter Cimelia Principis haecenus latet,  
neque adhuc quidem, ut opinor, ullis machinis  
exuendum. qua de res cum fusius Illustrissimo  
quem dicit, Principi vestro scripserim, ut ab ipso non  
dubie accepturus es, colligam hic me, neque te pluribus  
distinebo. nisi quod te rogemus, quod sedulo facio, ut cum  
me reveras censeas, qui tibi studiis quae tuis imprimis  
factum velim. Vale viri eximie, et me ama  
Scrib: Hagae Com: 28. Jan. 1654. qua 27. Dec. 1653.

Nominis et eruditionis  
cultor addictissimus  
C. H. (433).

Bonhornio

Quae ludibundo miper, et praecipiti quidem fusore excide  
runt variis sermonis Epigrammata, neque tam variis  
quam tu singulorum arbitrio et censure tuo jure, Bonhorni  
doctissime agas, visum est prolo subicere, quo et amicis  
harum rerum auidis gratificares liberalius, et ab incuria  
descriptorum vel inscitia plus mendii ne contraherent  
quam auctori jam nunc suo debent. Inspice, si tantum  
vacas, et ipsi, quorum ceteris exemplaribus inscripta  
nomina invenies, singula per famulam distribuenda  
mitte, si me amas, qui integerrimo affectu sum  
Tuis

Ad nobilissimum Solmasium hie diebus  
fere similitis fere argumenti epistolium dedi.  
Dilet ille propter anorem, et humanitatis sua  
genium. Valde velim sciscitari te, sequid causa sit  
cur